



Mariae Virginis Sacratiss. Miracvlorvm Libri Tres

Vismara, Ercole

Mediolani, 1579

Mirac. Virg. XXXIII. Acerrimè à cacodaemonib. mulier moriens torquetur, quia admissum in adole scentia peccatum semper reticuerat, reposita uerò iterum anima corpori, & pura, ac sincera eius peccati ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64305)

Quidam.n.obsceno, & inquinatissimo ore de puritatis regina loqui consueuerat; qui, si non meritas, tamē aliquas poenas dedit. Vis.n., ac potestas cacodaemoni eius torquendi data est; qui adeò miserè scelestum excruciat, ut os totum distortum, eiectosq. longè oculos, atq. emissam è turpi, & maledico ore linguam perpetuò contineret. Quare nec turpius, nec deformius monstrum in terris unquam uisum est. Sic quod saepè à mortalium iudicib., non sine dedecore, negligitur, ulciscitur diuina ira.

MIRAC. VIRC. XXXIIII.

Acerrimè à cacodaemonib. mulier moriens torquetur, quia admissum in adolescentia peccatum semper reticuerat, reposita uerò iterum anima corpori, & pura, ac sincera eius peccati confessione expiata, seruatur.

Lectissima, & pudica matrona, licèt uiro locata esset; se tamen coelo dignā gerebat, cui in pietate erga Deum, hominesq. nulla mulier illo tempore aequari, aut comparari poterat. Verū quādā labe eius animi consciētia infecta, & insperfa erat; quia grauem culpam in adolescentia cōmissam nunquam sacerdoti aperuerat, uti Romana ecclesia piè, ac sanctè instituit. Ea, cū diem suum obijisset, nondum illo crimine sacerdoti patefacto; fortè inhumatū eadauer in templo seruabatur; quòd ad cohonestandum funus eius filia exspectaretur, quae paullo longius aberat. Post filiae aduentum, quae flens querelis templum repelebat; tanquam somnò excita mater
resur

resurrexit; filiãq. obsecrauit, ut è manib. arcta uincla
 tolleret. Illis sublati se è feretro repente erexit, sa-
 cerdotemq. iussit accersiri, cui peccatum inani quodã
 pudore praetermissum, reb. suis meliùs cõsulens edi-
 dit. Quarè cùm illuc in templum multi cõfluxissent,
 ipsa omnib. miraculum narrauit. Nam se ab impijs
 cacodaemonib. inusitatissimis suppliciorum generib.
 excruciatã fuisse dicebat, quia illud celauerat, quod
 tamen coram uirgine millies confessã fuerat; & cuius
 ueniam quotidie ab ea non sine intimo, ac penito do-
 lore orauerat; cuiusq. caussa saepè se Christi regis pe-
 dib. deuoluerat, eius misericordiam implorans. Dei
 igitur sempiterni filia, quae nobis in nostris tempe-
 statib. est certissima tranquillitas, quae naufragium
 patientib. tutissimus est portus, lucidum coeli decus,
 nefariarum belluarum supercilium retudit; auidasq.,
 & impuras manus à muliere torquenda abstinere iuf-
 fit; donec à filio perspecta esset caussa, & cognita. Ipsa
 dulcissimum natum obsecrauit; ut mulierem ab illo-
 rum cruciatib. eriperet; qui illam suis iurib. addictam
 esse dicebant. Nam culpam illam, cui se in adolescen-
 tia mulier adstrinxerat coram se ab eadem acerbissi-
 mo dolore, saepiùs defletam fuisse, Virgo dicebat. Ma-
 tri filius ita respondit. Non ignoras, pia, & dulcissima
 parens, firma, atq. immutabili sentètia statutum esse,
 ne quis absq. omnium peccatorum, quae uiuès admi-
 ferit, pura expiatione, fidelis confessionis sacramèto
 facta, possit unã cum beatis aeuo frui sempiterno.
 Quòd si mortalis aliquis uel minimum flagitium reti-
 cuerit, uiolata, & fraudata confessionis sancta institu-
 tione; is infernis poenis addicitur, neq. è iusto & firmo
 iudicio

iudicio potest euadere. Huic uerò mater, nihil est, ò
 carissime natè, quod tibi non sit facillimum, cuius est
 infinita potestas, quem uerentur omnia; cui omnia pa-
 rent. Ne obsecro huius matronae spes, qua in me
 nitebatur, decidat, aut fallatur. Satis. n. ea esse existi-
 mabat, si uni mihi delictum suum aperuisset; ad quam
 omnib. in cogitationib. semper cōfugiebat; cuius sibi
 opem praesto semper futuram sperabat. Necesse est,
 filius inquit, ò mater, ut quaecunq. à me petis, omni-
 nò impetrentur. Verum quia lege firmissima & in-
 uiolabili sancitum est, ne quis, ubi è uita migra-
 uit, montis è tenebris eripiatur, si illis addictus sit,
 nec amplius fraudatae confessioni possit satisfacere:
 opus est, ut huius anima ad corpus redeat. Ibi. n. id,
 q. ommisserat, sacerdoti sincere confitebitur; & do-
 lorem eam ob rem animo interiori feret, ut poenam,
 quae exigitur, possit effugere. Solo ergo eius nutu,
 qui cuncta supercilio mouet, aduenit Angelus; qui ca-
 codaemones in mulierem crudeliter saeuientes expu-
 lit; animamq. ibi in templo, ut omnes uiderant, repo-
 suit corpori. Iccirco cum omnia in confessione prius
 omissa, plenè praestitisset, illuc abiit, ubi semper im-
 mensam, & incredibilem Christi clementiam perpe-
 ruis laudib. & hymnis efferet. Nam super feretro
 capite imposito sanctae crucis signo armata iterum
 expirauit.



*Accedens & eius dolorem lenire. Prop. 1.
 et inuenit, cuius decor erat, ac coelestis factus
 hunc cum aspectu in caelo inuocet sanguine
 Christus mortem eius in opib. quod ipsam
 quam materem filij pariter in hoc opib. uigila-
 mentem uiginti adolecenti commendauit. Erat illi
 D. Ioh. C.*